

1532. 26. 3. Januarij.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Regi Ferdinando.

Serenissime Princeps et Domine. Dela-
varunt nobis abbates monasteriorum
in Diocesi Vratislaviensi quae est ditioris
maiestatis vestrae serenissime Consisten-
tium Datas ad se ipse mandata mai-
estatis vestrae serenissime, ut pro certa
summa aureorum, maiestati vestrae
serenissime numeranda Cautionem
fidemiporiam prestarent, a qua cautio-
ne cum et professionem suam officium
longe alienissimum arbitrentur. Quippe
quod ad solum Dei obsequium et sa-
crificiorum sedulam procuracionem
a primis fundatoribus essent in mona-
steria recepti supplicarunt nobis ut
illos intercessionem nostram ad maiestatem
vestram serenissimam sublevaremus,
ne onus quod suo ordine non convenit
illis imponere velit, in quo nos non tam
illorum partibus quam Brudceporum
nostrorum Ducum Poloniae qui funda-
tionis illius auctoritas est extiterant re-
cordatione permoti, maiestatem ve-
stram fraternae et impense rogamus, ut

Z BIBLIOTEKI POŁAWSKIEJ
XX. CZARTORYSKICH.

1532

et perpetua abbatum predictorum causa
et religionis instituto, perspicuis etiam illo-
rum tenuibus facultatibus illos in pri-
stina libertate et privilegiorum usu
conservare nihilque eiusmodi illis man-
dare et impedire popit. Factura maiestas
vestra serenissima rem sua pietate
et laudabile equitate dignam, nobis au-
tem longe gratissimam, quam pro ad-
Dubio Deus iusta mercede maiestati
vestra referret, et nos officio mereri cu-
rabimus. Cui nos amoris et benevolentiae
fraterna commendamus et illam feli-
cipiamam semper esse, atque semper
salvam ac inolumem ex animo opta-
mus. Dada. Graeviae die 3. Januarij an-
no Domini 1532. Regni nostri anno 25.